



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2233. Die Markgrafen Otto und Woldemar genehmigen den Tausch des  
dem Domstifte Budissin gehörigen Gutes Malschwitz mit dem Gute  
Stewitz, am 19. April 1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

et alii quam plures fidedigni. Actum et datum in Werbelino, anno domini millesimo trecentesimo sexto, in crastino sancti Benedicti Episcopi et confessoris, per manum Ewerth nostre curie Capellani et notarii.

Aus der von Dreger'schen Sammlung.

2233. Die Markgrafen Otto und Woldemar genehmigen den Tausch des dem Domstifte Budissin gehörigen Gutes Malschwitz mit dem Gute Stewitz, am 19. April 1306.

Nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandeburgenses, Lusatie et de Landisberg marchiones, recognoscimus et ad uniuersorum noticiam tenore presentium publice uolumus peruenire, quod permutacionem prouentuum inter honorabiles uiros dominos Budissinensis ecclesie canonicos, parte ex vna, et Fridericvm de Lewenwald, parte ex altera rationabiliter factam, gratam habere uolumus atque ratam, et nos quidem prouentus, quos idem Fridericus in uilla Stewitz dicta a nobis in feudo tenuit, eisdem dominis canonicis conferimus et donamus iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos. E contra uero prouentus, quos jam dicti domini canonici habuerunt in omni juris integritate in uilla Malschwitz predicto Friderico conferimus iure feudali perpetuo possidendos. In cuius rei testimonium presentes literas fecimus sigillari. Actum et datum Budissin, anno domini MCCC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, in secunda feria post dominicam, in qua cantatur misericordia dominj.

Nach G. K. Her's Codex diplomaticus Lusatie superioris, Band I, S. 344.

2234. Burchard und Burchard, Gebrüder Wolf, schenken der Johanniskirche zu Lüchow einige Getreidepächte aus dem dortigen Mühlenwerke zum Unterhalte einer immer brennenden Lampe, unter Bestätigung des Grafen Heinrich von Lüchow, am 21. Juli 1306.

In nomine Domini Amen. Ad perennem rei memoriam nos Borchardus et Borchardus, fratres, dicti Lupi, uniuersis tenore presentium publice fatemur, quod ut eo celebrius atque deuotius eterno seruiatur auctori, ad perpetuam ante altare corporis Christi habendam lucem, undecim modios siliqinis in molendino, ante ualnam que dicitur Dreuenesdor sito, nobis in eodem competentes, assignauimus ac uendidimus ad huiusmodi luminare comparandum cum omni iure, quo nobis competeabant perpetuis temporibus possidendos. In cuius rei testimonium sigillo nobilis uiri Domini nostri Henrici Comitis de Luchow, cum proprio careamus, utimur, in premissis. Nos quoque Henricus, Dei gratia Comes in Luchow prefatus, presenti serie ad uniuersorum notitiam cupimus deuenire, quot ut honor amplior et gloria ad laudem corporis Christi